



M. And
d. prima
tonis
Hilfoni
d. vita
Apostol
Arauf
Quod A
d. abs
d. Althe
offim
d. Auro
Arco
Algeb
Aker
Anim

Eng

No. XII.

MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum

collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquisitioni submitunt

Respondens

CHRISTOPH. ALBERT. ELERD,

& Opponentes

DD. MART. FRID. ELERD. & LUDOV. ALB. ELERD.

d. 10. Martii M D C C II.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.



I.
EXposita prioribus ventilationibus materiã contractuum verorum & quidem nominatorum; ad innominatorum conspectum progredimur, de eorum origine ita sentientes, quòd initio, cum in Rempubl. reciperentur, certum nomen non haberent, sed Judici actoris intentio ex relatione facti vagã & multis circumstantiis implicita demùm innotescebat: Hinc actio incerti vel præscriptis verbis orta, quod colligere licet *ex L. 7. §. 2. ff. de pactis & L. 18. pr. ff. de Acceptul.* Moribus nostris distinctum ab aliis contractibus nomen habent, & distinctos effectus. Quorum justitiam non meri juris Civilis commentum esse, sed ex ipso jure N. & G. deduci posse, existimamus.

II.

Permutatio & contractus innominatus, Do ut des, licet maximè inter se convenire videantur, differunt tamen inter se & generali & speciali quòdam sensu.

III.

Contractus Æstimatorius æquè ut Permutatio nullum nomen habere dicuntur, & quidem rectè ex juris Civ. ratione, licet distinctum neque cum aliis contractuum speciebus commune sit. Ille partim Locationem Conductionem, partim Emptionem sapit. Uterq; verò posterioribus contractibus periculosior est; neque obstant

obstant inter se *L. fin. ff. de Condit. causa data & L. 5. ff. de prescript. verb.*

IV.

In Contractibus innominatis iure Civ. poenitentiae locus est, etiam à parte illius, qui implevit contractum: In praxi verò major est resiliendi à contractu innominato difficultas. Utriusque & juris Civ. & Consuetudinis rationes conveniunt cum utilitate publica utriusque & antiqui & nostri temporis; neq; rationi Naturali adversantur.

V.

Cambyum certo respectu & ad contractum nominatum & ad innominatum referri potest. Illo casu neuter à contractu resilire potest; Posteriori verò solus Dans poenitere potest, non verò acceptans.

VI.

Res Sacrae Ecclesiasticae, item Libertas facilius & securius permutari possunt certis in casibus, quàm vendi, locari & oppignorari.

VII.

Permutationis quidem objectum regulariter esse debet res, quæ est in commercio. Possunt tamen Sponsæ à Sponsis permutari, non verò maritatae. Possunt etiam officia ecclesiastica inter personas diversarum dioecesium permutari. Imò Paternum Imperium, ipsaqve summa Imperia permutari possunt, modò permutationis legitima adsint requisita.

VIII.

Imò etiam Filius pro Patre, Pater pro Filio, Mari-

) 2

tus

tus pro Uxore, Uxor pro Marito permutari quandocumque, possunt. Feuda verò inter Convasallos sine consensu Domini & Agnatorum permutari non possunt, ipsi tamen inter se obligatione personali tenentur.

IX.

Assicuratio eodem sensu quo Cambium certo respectu & ad nominatos & ad innominatos contractus referri potest: quoniam si mores hodiernos spectemus, magis eos ex clausularum adiectione pro nominatis jure agnoscere possumus.

X.

Objectum Assicuracionis esse possunt: Res inæstimabiles, vita, Libertas, Honor & Pudicitia.



01 A 6541



f


TA → OL

1018

VD 17



Ten
icul
em
us c
& C
n e
un
o. C
da
at
bet
qv
oc
jux
cie
t ir
Ha
m
ve
at
ff



44

No. XII.

MISCELLANÆ THESES

Quas

Occasione Discursuum publicorum
collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquisitioni submitunt

Respondens

CHRISTOPH. ALBERT. ELERD,

& Opponentes

DD. MART. FRID. ELERD. & LUDOV. ALB. ELERD.

d. 10. Martii M D C C II.

Frankofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

